

est ratio, cur in descriptione Glossopteraum illis semper
addiderim genuinum pisem maritum, à quo quodlibet Glos-
sopteraum Genus proprie derivat, non solummodo calamo
descriptum, sed insuper diligenti penicillo exhibitum quo
huiusmodi res facilius, et tenacius memoria imprimantur,
et sic in illa diutius illibata remaneant. Ob eandem
rationem in descriptione Gladii Pisis marini Diphid. c. 1.
de imago quoque adiuventa est cum quibusdam circum-
stantis naturam Pisis adhuc magis illustrantibus.
deinde quando plura corpora naturalia tam marina quam
lapidea ad speciem propriam ac magis adaequatam genus
ut opinatus sum, reducere tentavi, quali autem suc-
cessu ipsemet rescio, sit quidquid velit, coniecturas pro-
poni, imitandas, si vera fuerint, sin minus, corrigenda,
alterandas, atque immutandas, prout cuiuslibet
libuerit. quod praecipue in designandis fungulis marinis,
quorum notitiam futura industria et applicatio primum
magis manifestabunt. Similiter iudicandum est de
Lentibus lapideis, aliis Nummi diabolici dictis, vulgo:
Bonifarii Bonuini, quas omnes ovula marina, aut
quasiam volvas fungulorum marinarum petrificatas,
ex non inepte, ut puto, pronunciavi; in quibus enim
earum specie inclusus Embryo deprehenditur, nunc ma-
gis, nunc minus perfectus: ad quale autem Genus Ani-
malium, vel Vegetabilium huiusmodi Ovula referenda
sint, adhuc sub Iudice lis est: sic quoque discurren-
dum erit de Lapidibus frumentarius, quos metram
congeriem